Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Ille enim dixit, eunteam dnm de pre
torio. portare crucem suam, matheus
autem refert. quod inuenerit homi
nem cyrineum nomine simonem.
quem angariantes imposuerunt ei crucem
ihu., sed hoc intellegendum quod
egrediens de praetorio ihs. ipse portaue
rit crucem suam. Postea obuium
habuerint simonem. cui portandam
crucem imposuerunt iuxta anagogen
uero. crucem ihu suscipiunt nationes.
& peregrinus obediens. portat igno
miniam saluatoris., & uenerunt in locum
qui dicitur golgotha. quod ÷ caluarie
locus., Audiui quendam exposuisse
caluarie locum. in quo sepultus ÷ ada.,
ideo sic appellatum ee. quia ibi anti
qui hominis sit conditum caput.,
hoc ÷ quod apostolus dicat, Surge.
qui dormis & exsurge amortuis
& inluminabit te xps., Laborabilis
interpretatio. & mulcens aurem
populi. Hec tamen uera.,